uel in minorib; terminis aequas numerorum qualitates in proportionalitate custodit. Inter maius uero & minus aequalitas loco ponitur medietatis. & de arithmetica quidem medietate satis dictum est.

XLIIII. De geometrica medietate eiusq. proprietatibus

Nunc uero qui hanc consequitur geometrica medietas expediatur. quae sola uel maximae proportionalitas appellari potest. propterea quod in eisdem proportionibus terminorum. uel in maioribus uel in minoribus speculatio ponitur; hic enim aequa semper proportio custoditur numeri. quantitas multitudo que neglegitur contrarie quam in arithmetica medietate, ut sunt. I. II. IIII. VIII. XVI XXXII. LXIIII. uel in tripla proportione. I. III. VIIII. XXVII. LXXXI. uel si quadrupla uel si quincupla uel si in quamlibet multiplicitatem numerorum sit constituta distantia. In his enim quodlibet terminos sumpseris explebunt medietatem geometricam. quemadmodum enim prior ad sequentem. e. ita sequens ad alium; & rursus si permixte facias idem erit, si enim ponantur tres termini. II. IIII. & VIII. quemadmodum sunt. VIII. ad IIII. ita IIII. ad duo; atq. hoc si conuertas quemadmodum sunt. II. ad IIII.; ita erunt. IIII. ad VIII. uel si in quattuor terminis ut sunt II. IIII. VIII. XVI.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTHECA NATIONALIS HUNGARIAE
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Országos Széchényi Könyvtár / National Széchényi Library
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/oszk_clmae3/0144